

Exod. 12. H. brazus.

Dolorem mi- nuit dolor assiduum.

11.

Marc. 3.

Sanitatem pauper non perit nece- getur labo- rare. D. Athanas.

gebant Aegyptii populum de terra exire veloci- ter: Exod. 12. n. 33. Hebraeus habet: Invaluit Aegyptus, apprehendit Hebraeos, ac superavit. Sic tenaciter adhaerebat populus Aegyptio, ut vi, & impulsu vehementi extrudendus fuit ex loco: quid mirabilis! Cur non velociter, ac pedibus perniciosus currunt, cum exeant ex immani ac continuo labore, sudore, ac captivi- tate, adepta libertate, qua nihil gratius est hominibus, & abeant in terram ac patriam suorum majorem fluentem lac & mel; & tamen tanquam invitum nolunt excutere jugum, & tot bonis frui: Sic affecti, ac addicti erant suo labori, ac miserae captivitate, ut ex ipsa consuetudine suavis sit illi vivendi modus, & potius mallent servitutem in illa summa aeterna ferre, quam in libertate cum melle & lacte delectari.

Ingressus Christus in Synagogam in qua ipse fecerat multa miracula, erat ibi homo mendicans, habens manum aridam, cumque mandat Dominus surgere, ut in medio ponatur, deindeque ipsum interrogat in rebus magnis: Valde mirum sane; quod videns & cognoscens homo iste multa, & magna miracula, quae Christus faciebat, & quod ipse erat, cum quo tam benigne loquebatur, in ipsumque oculos suos intendebat, non postulat tamen ab ipso sanitatem in manu sua arida; sed Christus ex sua infinita pietate ait illi: *Extende manum tuam, & restituta est manus illi*: Marc. 3. n. 5. Tamen valde mirabile est, quod homo iste videns, & agnoscens Christi potentiam, pro sanitate manus suae non deprecetur. Mihi nunc est ratio, quia de morbi incommodo commodum reportabat; & maluit manum aridam ad mendicandum, quam manum extensam ad laborandum. D. Athanas. homilia de semente: Ac si Christus dicat: *Surges, neque per occasionem manus aridae mendicabam, sed illam recuperans sanam: jam deinceps operare*. Fortè homo iste bene suo cum morbo convenerat, ut sine labore nummos cogeret, quos adepta sanitate cum labore debebat comparare.

QUAESTIO III.

Quare dum languidus interrogatur à Christo, an sanus velit fieri; ipse respondit quod hominem non habebat?

12.

At Christus D. Paralytico, *Vis sanus fieri?* Respondet ipse: *Domine, hominem non habeo*: de quo dixi citato c. 1. q. 15. 16. & 17: Et non mirum sane; quia cum homo esset pauper diuturno modo laborans, ab omnibus delituebatur; quia ut ait Iustinus lib. 5. *Eo enim favor, quo se fortuna inclinat.*

Primo, ad quaestionem: Christus interrogat hominem: *Vis sanus fieri?* Ipse respondit: *Hominem non habeo*: Valde inconsequens videtur responso: nam ad interrogationem vera & opportuna responsio erat, *velo, vel nolo sanus fieri*. Sed quid facit ad rem, *Hominem non habeo*? seu ut ait Hugo: *Ministrum non habeo*: qui se, dula nepe, ac opportuna ope mihi subveniat, indeque his indicat jam omnem spem obtinen-

da salutis deposuisse, cum experientia tot annorum deprehendat, se nullum habere patronum, sed ab omnibus neglectus sit; & inde nulla recuperanda salutis fiducia ei superest, cum hominem non habeat seu ministrum, impeditur enim à potentiorebus praevenitur: Ait Hugo: Qui patronum non habet, nihil speret, sed semper neglectus jaceat. Exhortans Christus suos discipulos ad parvos, & pusillos honorandos, & non contemendos, ait illis: *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis*; *Dico enim vobis, quod Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei*. Math. 18. n. 10. Cum commune sit omnibus beatis Angelis Deum videre, insigniter dicitur de Angelis parvulorum tutelariis quod vident faciem Patris in caelis: per quod denotatur, quod tales Angeli sint ex primis, nobilioribus, ac propinquioribus Deo, ut cum communi sententia ex D. Chryso. dixi tom. 4. c. 10. q. 1. n. 09. ut ex his quisque instruat, parvulos, ac humiles non contemnere, sed in magno pretio habere, cum habent praecarios patronos, ac tutelares, qui eorum causas agant, negotia pertractent, ac pro eis loquantur. Negotia: Ait Salomon prov. 30. n. 28. *Stellio manibus nititur, & moratur in cubus regis*. Stellio parvum, & exiguum animal, ut observant Aristoteles lib. 6. Historiae Animal. c. 1. Plinius lib. 11. c. 26. nullas habet alas & tamen habitat in domibus regum. Cur non potius in talibus magnificis Palatiis constituit suum habitaculum Aquila, quae praepetes habet alas ad volandum? Stellio, etsi parvum sit animal, & incipit ad volandum, tamen obtinet sui sustentaculum, cui innititur, & ahaereat, & inde in amplissimis ac altissimis regalibus aedibus refidet, à quibus exultat Aquila, etsi à natura aliis donata sit cum sui fulcimento, cui adhaereat, careat. Huic cogitationi faver D. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 5. ubi ait: *Stellio manibus nititur, plerumque enim aves, quas ad volandum penna sublevat, in vepribus residens. Stellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus regis adificium tenet*. Aquila, seu aves, quas ad volandum penna sublevat, cum non habeant sui fulcimentum, in quo enitantur per sylvestria, & agrestia in vepribus resident. At stellio, qui ex sui conditione ad volatum pennas non habet, cum sui sustentaculo gaudeat, ut ad superna incedat; nitens manibus regis adificium tenet.

Secundo, dura ait Paralyticus: *Hominem non habeo*: de communi malo conqueritur; nam alij, qui in piscina extabant pauperes, & mendici, cum essent, sibi metipsis homines erant hominumque vices sibi praestabant, ut ad sanitatem aquarum concurrerent; nam si variis morbis tenebantur, gressibus suis ibant: *Alius ante me descendit*: si claudi baculo innixi utcumque movebantur; si caeci palpando, ac ligneo fulcimento ibant; At paralyticus sibi metipsum non erat homo, & nec vices hominis sibi praestare poterat; nam paralyticus quàm membra torpebant, illorum usum impediabat hominemque sibi ipsi inutilem reddebat. Ecce summa hominis miseria, quod nulli sibi possit praestare auxilium, nullaque industria sibi subvenire; & ideo forte ex magna multitudine languentium, qui in piscina jacebant, ad hunc maxime se inclinavit pietas Christi, quia nec ab aliis adjuvamè habebat, nec ipse sibi metipsum poterat

Qui patronum non habet contemnitur, & nihil sperat.

Math. 18.

Prov. 30.

Aristot. Plinius.

Cum sustentaculo parvus volans sine illo magnus deprimetur.

D. Gregor.

14.

Praclarum elogium subvenite misero, qui sibi subvenire non valet.

Gen. 28.

Gen. 32. Gen. 46.

D. Ambros.

15.

Diuturna vexatio sic animos prosterne, ut nil boni, sed omne malum meditentur.

Gen. 40.

Abulens.

Judic. 13.

poterat. Cum Jacob iter faceret in Mesopotamiam, noctis jam tempore jacet humi somno deditus. *Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum; Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scale*: Genes. 28. n. 12. Valde celebris est haec visio inter ceteras; quae habentur in veteri testamento: Et cur visio tot & tantis mysteriis abundans sit in somnis; cur non in vigilia ut multoties Deus aliàs apparuit ipsi Jacob; ut Genes. 32. n. 24. & Gen. 46. n. 3. Cur ergo tam magnifica visio in qua Deus apparet, & ipsum caelum inclinatur, & Angeli tanquam nuntij ascendunt, & descendunt, non conceditur Jacobo vigilanti, sed dormienti? D. Ambrosius lib. de Jacob ait: *Necessarius igitur Deus adesse dormientibus, quia dormientes sibi adesse non possunt*. Jacob vigilans praesto sibi poterat subvenire in his, quae ad ipsum spectabant, & ei necessaria erant; at dormiens, sopitis omnibus facultatibus, tanquam ab illis destitutus sibi adesse, ac providere non poterat: & inde Deus non vigilanti, sed dormienti levamen, ac adjuvamè exhibet: *Quia dormientes sibi adesse non possunt*.

Tertio: Interrogat Jesus hominem, *Vis sanus fieri?* Cum valde nota esset fama virtutis Christi, qui transibat sanando omnes infirmos, ac opressos à Diabolo, hat et homo hunc divinum medicum coram se, & interrogante eo, *Vis sanus fieri?* cur non exclamat, *velo sanari?* cur non ait, *te Domine deprecor, miserere mei, da mihi salutem, ut multis aliis dedisti?* Sed tam diuturna infirmitas, tam dira vexatio tot annorum, sic animum hominis effeminavit, ac deiecit, ut nihil virile, ac utile suspicaretur, ac sibi speraret. Cum duo ex palatinis Pharaonis essent in carcere, per noctem somnia quaedam viderunt. *Ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, sciscitavit eis eos dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra? qui responderunt: somnium vidimus: Genes. 4. n. 6. & 7. Propter somnium tristatur, & animo decidunt, cum saltem unus eorum nihil inauspicatum, sed potius quid maxime felix vidisset; & tamen propter imaginarium somnium, tanto animi angore turbatur. Abulensis ibi ait: *Facies eorum ex expectatione futuri mali evanescunt, tristiores facta fuerunt*. Isti duo palatini, cum se ipsos ab officiis suis depositos, à gratia Pharaonis exturbatos, & in vinculis cojectos agnovissent; inde quemvis unus eorum vidisset, quid maxime auspiciatum, ac exoptatum, quod intra triiduum esset restituendus in suum officium; tamen tot, ac tantis calamitatibus, ita eorum animi erant prostrati, ac dejecti, ut nihil utile, ac prosperum sibi promitterent, sed omne infaustum, ac execrabile sperarent: *Ex expectatione futuri mali eventus tristiores facta sunt*.*

Judic. 13. n. 1. scribitur: *Rursum filii Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis*: Dum ergo sub jugo Philistinorum tenebantur Israelitae quadraginta annis; interea apparet Angelus Manue annuntians Samsonis nativitatem, filiumque magnam, ac praclarum ei promittens. Quid tunc; Manue clamans ad *Sylvestra in Evang. Tom. VI.*

uxorem ait: *Morte moriemur, quia vidimus Assidua calamitas potuit homini in mentem venire. Angelus denuntiabat filium magnum, & virtute illustrem, quod maxime ad levamen, & consolationem spectabat; deinde agnovit Angelum Sanctum, & bonum Domini qui mentiri non poterat, nulli ex his acquiescens mortem timet, & eam sibi sperat, sic captivitate, ac jugo Philistinorum erat animus tribulatus, ac depressus, ut etiam cum aperta evidentiā, ac testimonio angelico non quiesceret, sed omne infaustum, ac calamitosum cum ingenti mortis terrore timeret. Perbelle D. Ambrosius Episto. la 70. ait: *Daturna injuria longa subjectionis, uerum depressa Hebraeorum paltera, ut nullus virili ingenio ad libertatem tollere audeat. Labor, vexatio, & injuria ita animos frangunt, ac prosternunt ut nil laboris meditentur. sed omnia in sinistram partem interpretantur.**

QUAESTIO IV.

Quare languido mandas Dominus tollere grabatum suum?

Videns Christus Dominus suam infinitam pietate summam hominis miseriam, ait, illi: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula*: de quo dixi citato cap. 1. q. 18. 19. & 20. Nunc breviter ex ibi dictis Nota, quod prius hominem sanat, eique salutem confert, quàm imponat curam ferendi lectulum; prior est Christus in largiendo, quàm in jubendo, ut facilius alliciat ad obsequium. Praecipit Deus Adamo: *Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas*: Gen. 2. n. 16. magnifica largitate multa & ampla concedit prius; deinde praecipit unum interdicit. Bernard. ferm. 2. de Christo Circumciso; nec à D. Bernardo distat Repertus lib. 2. in Genes. cap. 30. ubi sit ait: *Magna largitas donorum, & non grave largitoris mandatum. Levis in tanta copia fuisset continentia si non fuisset continentia dux benevolentia.*

Ad quaestionem primam: Cur paralytico qui modò à languore surrexerat tam grave ac ponderosum onus imponitur, ut ferat grabatum; in quo modò infirmus quiescebat; paralyticus est peccatorum solum, ut factis vulgare est, eique dicitur per penitentiam surgere, & etiam simul, ut lectulo suae infirmitatis gravetur, ac prematur; quod post D. Gregorium datum citata Quaestione 20. notat Cardinalis Hugo, & ait: *Surge à peccatis recedendo. Tolle grabatum tuum, delectationem peccati in omni penitentia aperte convertendo. O magna penitentiae idea quam nobis Christus hic proponit! Lectulus in quo peccator quiescens jucundabatur, ac delectabatur, ubi primum per penitentiam à peccatis recedit, ac ad Deum convertitur; grabatum, quod erat delectationis solum in molestum, ac pergrave onus vertitur; ut quod olim infervierat ad delectationis iritamentum sit acerbum totius gravaminis, ac doloris exci-*

Psal. 6.

Eccles. 2.

Pœnitenti
suave vinum
est mordax
acetum.

D. Cyprian.

19.

Perfessa
gratiarum
actio legem
divinam ad
implere.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 18.

Genes. 12.

D. Cyrill.

mentum. Hinc David dicebat: *Lavabo per singulas noctes lectum meum*: Psalm. 6. n. 7. Et cur porius le&alum tam abundantiam lachrymarum copia rigat, cum ipse inservierat ad delicias ad lachrymas provocabat. Ait Ecclesiastes cap. 2. n. 3. *Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnem meam*: & tamen statim vers. 4. subdit: *Plantavi mihi vineas*: Nunquid tam breviter Salomon inconstans est sibi; si sibi proponit abstinere à vino, ad quid plantat vineas? in quo multum laborant interpretes. Hæc loquitur Salomon magna pœnitentia compunctus, inde à vino, in quo est luxuria vult abstinere, plantat vineas; non ut ferant generosum vinum ad delicias: sed acre, & durum acetum ad compunctionem, & mortificationem. Ad hoc tendit D. Cyprianus serm. de Cœna Domini, constituens differentiam inter vinum Eucharisticum, ac vinum delictiarum, & ait: *Qui de sacro calice bibit amplius sicut, & ad Deum vivum erigens desiderium, inde omnis sapor delectationum carnalium, fit ei quasi rancidum, radensque palatum acuta mordacitatis aciem*. Pœnitentia hominem in alium transfert, & quod erat ad delicias, est ei ad pœnam, dolorem, ac mortificationem, ut vinum non sit ei saporiferum, & suave; sed asperum, & acre acetum.

Secundò, ait illi *Iesus*: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula: surrexit & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Multa hic notanda veniunt: cum Christus Dominus ei dixisset: *Surge, tolle grabatum tuum*: nil respondit, sed prompta obedientia omnia exequitur; & quamvis onus esset grande, tamen cum suum esset, inde leve fit, ut dixi tom. 4. ad illa verba: *Tollat crucem suam*: & cum tantum sanitatis beneficium accepisset, nullum verbum gratulatorium dixit Christo, nec pro tanto beneficio accepto gratias egit, sed mandatum sibi injunctum exequitur & sustulit grabatum suum & ambulabat: Magnum obsequium Deo præstatum, & illa est ei gratissima gratiarum actio, dum mandatis ejus obedimus, ac illius præcepta implemus. Magna & præclara beneficia, & valde summa, ac magnifica Deus contulit Abrahamo, ipsum liberavit de igne Chaldæorum Gen. 11. n. 3. demagnaque injuria in Ægypto apud Pharaonem Genes. 12. n. 16. eique promittit filium exoptatissimum Genes. 18. n. 10. & quod summum, & maximum omnium est, ei promittit semel & iterum Æternum Verbum Incarnatum ex semine suo. Gen. 12. n. 3. & Gen. 22. n. 18. Et tamen pro tot ac tantis beneficiis non invenies, quod Abrahamus aliquod gratitudinis signum erga Deum persolvisset, nam arietem in monte post filium, obtulit ante promissiones: Cur ergo tantus vir Abrahamus in omni virtute perfectissimus suæ gratitudinis non dat signa? nec enim verisimile est, quod præclarissimus Abrahamus hoc præteriret. Perbellè Noster D. Cyrillus Alexandr. lib. de Regina ait: *Continuus Dei famulatus, pervenis erat gratiarum actio*: Ipsa tota vita Abrahamæ cum perpetua observatione Dei mandatorum, erat perfectissima gratiarum actio, quâ nulla est præstantior, quàm legem Dei adimplere, & in nullo ab ea recedere.

Quod maxime confirmatur in nostro parallelico, qui nullum verbum gratulatorium Christo dixit, nisi tantum exequi mandatum promptè sibi impositum, tollere grabatum, cum ipse esset gratissimus: nam cum reprehensus est à Judæis, quod die Sabbathi sarcinam portaret, ipse in sui defensionem, ac exultationem dixit: *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula*. Tanquam si diceret nullo modo possum aliter agere, quàm mihi mandatum est ab eo, qui mihi magnum sanitatis beneficium contulit, ut notat D. Augustinus, tract. 17. in Joan. & ait: *Calumniantibus auctorem sanitatis obiciebat: qui, inquit, fecit me sanum, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Non acciperem iussione, à quo acciperem sanitatem*: Sic astrictus suo benefactori agnoscebat ut apud se staturat, quod nullo modo mandatum illius præterire poterat, non acciperem iussione, à quo acciperem sanitatem. Si tantum beneficium in me impendit, quomodo illius voluntati, ac mandato resistam? Vide supra Math. 8. q. 4. n. 21. 22. 23.

Tertid, ex Christi mandato tulit homo grabatum suum in humeris cum omnibus, quæ ad ipsum spectabant; le&alum, eulcitram, lineam, cum lineis, ac omnibus, quæ ad ipsum spectabant; ita ut nihil omiseret, quæ ad Dei mandatum, ac obsequium pertinent, omnia persolvenda, & ne minimum quid prætereundum; sed exactissimè usque ad ultimum punctum persolvenda. Bis Magdalena in Christi obsequium effudit pretiosum unguentum, semel in domo Pharisæ; Luc. 7. n. 38. *Lachrimis cepit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat*. Iterum Matth. 26. n. 7. de illa habetur: *Accessit ad Iesum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbens*. Tunc statim addit Iesus n. 13. *Amen dico vobis ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo dicetur, quod hæc fecit in memoriam ejus*: In domo Pharisæi dum sancta mulier ungit pedes Jesu, non dicitur facinus prædicandum in toto mundo, ut modò in Bethania apud Mattheum. Et cur modò potius tam illustre factum dicitur celebrandum in toto mundo, cum utrobique unguentum pretiosum offerrebat in Christi obsequium; Cur ergo etiam in utroque loco non est æqualis commendatio? In primo eventu offerrebat alabastrum, & ex eo sumpto unguento ungebat pedes Jesu: non tamen declaratur an aliquid unguenti remaneret in vase: At in secundò totum unguentum plene est effusum: *Habens alabastrum unguenti pretiosi, effudit super caput ipsius recumbens*: Ac proinde quidquid erat in vase totum est effusum, & nec parva gutta remansit: ac inde hoc facinus magna sui commendatione, ac prædicatione in toto Universo celebratur, in quo totum nec aliquo minutissimo reservato, in Dei obsequium expenditur: Quod observat Origenes homil. 33. & ait: *De muliere secundum Lucam non est dictum; Amen dico vobis ubicumque prædicatum fuerit Evangelium hoc in toto mundo, dicetur, quod hæc fecit in memoriam ejus*: De

10.

Beneficiis
obligatus,
mandatis
obedit.

D. August.

21.

Luc. 7.


Matth. 26.

In his qua
ad Dei obse-
quium per-
tinent, totum
est impen-
dendum.

Origen.

De muliere autem secundum Mattheum, hoc scriptum est: *Iustum enim erat, non de illa, qua unxerat pedes, sed de hac, quæ unguentum effudit super caput ejus dicit; Ubicumque prædicatum fuerit Evangelium hoc in toto mundo dicetur, quod hæc fecit in memoriam ejus*: Ma-

ximè insignis hujus facti est commendatio cum unguentum totum effusum fuerit, ut nihil illius in vase remaneret. In his quæ ad Dei famulatum spectant totum est impendendum, ac persolvendum, & ne minimum quid est prætereundum.



CAPUT VI.

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis; & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his, qui infirmabantur. 3. Subit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. 4. Erat autem proximum Pascha, dies festus Judæorum. 5. Cum sublevasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducet hi? 6. Hoc autem dicebat tentans eum; ipse enim sciebat quid esset factururus. 7. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficient eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. 8. Dicit ei unus ex discipulis ejus, Andræ frater Simonis Petri: 9. est puer unus hæc qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? 10. Dixit ergo Iesus: facite omnes discumbere. Erat autem scœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. 11. accepit ergo Iesus panes; & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant. 12. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant. 13. Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus quæ superfuerunt his qui manducaverunt. 14. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. 15. Iesus ergo cum cognovisset quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. 16. Ut autem serò factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare. 17. Et cum ascendisset navim venerunt trans mare in Capharnaum; & tenebræ jam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus. 18. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. 19. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque, aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & proximum navi fieri, & timuerunt. 20. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. 21. Voluerunt ergo accipere eum in navim; & statim navis fuit ad terram in quam ibant. 22. Altera die turba quæ stabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, & quia non introisset eum discipulis suis Iesus in navim, sed soli discipuli eju abissent. 23. Aliæ verò supervenerunt naves à Tyberiadis juxta locum ubi manducaverunt gratias agentes Domino. 24. Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli ejus, ascenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum quærentes Iesum. 25. Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando hæc venisti? 26. Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. 27. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus. 28. Dixerunt ergo ad eum: quid faciemus ut operemur opera Dei? 29. Respondit Iesus, & dixit eis: hoc est opus Dei ut credatis in eum qui misit ille. 30. Dixerunt ergo ei: quod ergo tu facis signum ut videamus, & credamus tibi? quid operaris? 31. Patres nostri manducaverunt manna in deserto sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis manducare. 32. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo veram. 33. Panis enim Dei est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. 34. Dixerunt ergo ad eum: Domine semper da nobis panem hunc. 35. Dixit autem eis Iesus: ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam. 36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis. 37. Omne quod dat mihi Pater ad me veniet, & eum qui